

situm], in hon[ore sancte M]a[ri]ae sanctique [Ioha]nnis ev[angelistae constructum, quam] cur[tim] cum capella, quae illic est, ceterisque omnibus appenditiis — — nos petitione Gislberti venerabilis abbatis nec non Lûdouuici comitis interventione regia auctoritate praedicto<sup>c</sup>) monasterio Reginherisbrunnen[si, st]abilitam esse perpetualiter ac libere sine  
5 alicuius infes[tatio]ne possidendam volumus — —

:Signum domni Heinrici tercii (M.) imperatoris augusti invictissimi.: (S.J.)

:Hunbertus cancellarius vice Rûdhardi archicancellarii recognovi.:

Data .iiii. non. ian.<sup>d</sup>) anno incarnationis domini .M. LXXX. viiii., indictione .xii., anno domni Heinrici regni xxxiii.; actum Bauenberg.

10

161.

*Kaiser Heinrich IV. spricht abermals die Acht über Markgraf Ekbert aus und schenkt dem Bisthum Utrecht die Grafschaften Ostergau und Westergau. Regensburg, 1089 Febr. 1.*

*Hdschr.: Liber catenatus fol. 94 (Saec. XV.) Reichsarchiv Utrecht (A). Utrechter Copial fol. 31<sup>b</sup> (Saec. XIV.) (B). Staatsarchiv Hannover.*

15 *Gedr.: van Mieris, Groot Charterboek der Grafen van Holland 1,73. — Wenk, De Henrico I. Misniae march. Comment. IV. 9.*

*Ann.: Vergl. Einl. 102 Ann. 103 u. 106, 103 Ann. 116 u. 117, 104 Ann. 122, 106 Ann. 133, 107 Ann. 140, 109 Ann. 152, 110 Ann. 157 u. 160. S. A. 189 Ann. 103, 190 Ann. 106, 193 Ann. 116 u. 117, 194 Ann. 122, 197 Ann. 133, 200 Ann. 140, 203 Ann. 152, 205 Ann. 157, 206 Ann. 160.*

20 In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus divina favente clemencia Romanorum imperator augustus. Regum vel imperatorum persona, sicut inter homines est altissima, ita ad deponendum vel iudicandum hominibus est periculosissima. Quod considerantes sancti patres regum vel imperatorum persecutores sicut dei ordinationi resistentes irremediabili<sup>a</sup>) pene decreverunt subiacere, altitudini<sup>b</sup>) reatus comparantes altitudinem<sup>c</sup>)  
25 vindicte, vix et non nisi multum penitentibus relinquentes spem venie in futuro, quam negant<sup>d</sup>) in presenti seculo. Quorum sententiam Ekbertus<sup>e</sup>) quondam marchio non timuit, dum in nostram et deposicionem et mortem consilium et auxilium Saxonibus et aliis nos persequentibus dedit non recordatus, quod noster miles marchio et consanguineus et, quod maius est, noster iuratus fuit. Nos autem consanguinitatis memores simulque puericie  
30 eius parcentes nullam vindicte vicem ei rependimus, sed penitentem statim recepimus et omnia sua, que lege perdiderat, ex gracia sibi reliquimus et, ne denuo in nos peccaret, credidimus. Ille vero hac de spe nos eiecit, quia mox ut Saxoniam de Roma revertentes intravimus, eundem marchionem, quem prediximus, tanto crudeliorem, quanto occulciorem inimicum invenimus. Qui enim nobis venientibus cum exercitu verbis pacificis amicum  
35 mentitus fuit, recedente a nobis exercitu sicut in terra pacificata manentibus statim inimicus indicio Iude apparuit, dum nos nil mali timentes imparatos occidere voluit. Quod ubi compertum habuimus, quod faciendum erat, fecimus, videlicet nos cum nostris Saxo-

160. d) NON. IAN.

161. a) inremediabile B. b) altitudine B. c) altitudinem B. d) negavit B. e) Egbertus B.